Anno . Dominice . incarnationis . Millesimo . Centesimo . sexagesimo . pridie . idus . Aprilis . Indictione . octava.

Presencia illorum bonorum hominum . quorum Nomina hic subter leguntur . per lignum quod in sua tenebat manu . domnus Uguicio . episcopus . vercellensis . investivit homines buglle . Novarine . de monte uno qui vocatur plac . per feudum . Eo vero tenore . ut homines hic subter leguntur . Ita ut ipsi homines . qui in predicto monte . habitare voluerint . unusquisque per se debet et inde facere fidelitatem . Una admodum vassallus , fidelis domino suo . Et ideo masculi et femine . debent possidere , suam tenutam sine fine successores usque dum vixerint . et eciam liberam . habent potestatem inter se . vendendi . non ad illum hominem qui non sit eiusdem loci habitator . Item promisit ipse episcopus . ut hominibus bonis fuisse quidem erant ut habere in loco buglle . inveniri ipse . sic habent inventuro in predicto monte . Unde ipse episcopus demisit eis hominibus hominibus . banna que erant in suis habere in isto loco buglle . preter illa que hic subter leguntur . quod est primum . periurium . adulterium . furtum . Omicidium . sine plagam . piscatores . et cacias . Et ea banna . que pro communi utilitate loci posuerit . Et ipsi dicti homines . debent avendere in predicto monte . et eum debent edificare . Et a predicto episcopo . Corporis ei successoribus . qui fuerint rectores sancti Eusebii . isto . locum et monte . non debent deffendere . si voluerit avendere cum multis aliis hominibus . vel cum paucis . Et quibus viserit ut fecissent adiutorium debent facere . de isto loco . Et cui ipse preceperit ut facerent discordiam ipsi debent agere . Et promisit ipse episcopus . quod in

[illegible]

Actum in isto loco . Manus domni uguicionis et hominum buglle . qui hoc breve fieri rogaverunt .

Signum manus . Manus petri detrue et Gisulfi . qui pro eorum honore et utilitate ei ville . hoc breve acceperunt ;

Signis . Manus . testium ... prepositi sancti eusebii . Andrea . mixi . Imperatoris . Oberti . Advocati . Oberti . canisii . vicecomitis . Oberti . coconae . Ardicionis . Armengi . Ricardi . arriom . Oberti . neurom . Petri . nigri . guarengi . Lanfranchi . nepotis . Episcopi . qui omnes parabolam dederunt . isto episcopo . publicam . actoritate . tribuerunt . ut supra .

Ego . Albertus notarius sacri palacii . hoc . breve . et cartam . scripsi . post traditam .

Ego Jacobus de ... notarius viso et lecto huius autentici exemplo me subscripsi et signum meum apposui

Ego Guillelmus de ... notarius de buglla viso et lecto huius autentici exemplo me subscripsi et signum meum apposui

Ego Jacobus ... notarius viso et lecto huius autentici exemplo me subscripsi et signum meum apposui :

Ego . Bonimus . longa . de buglla . notarius . hoc exemplum . ex autentico . huius exempli . nichil addito . vel dempto . preter . literam vel sillabam . vel in corporitate . exemplavi . ideo me subscripsi et signum meum apposui .

ARCHIVIO CIVICO BIELLA